



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Extra unitatem catholicam an sit remissio peccatorum. tit. 198

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Epist. 166. Propterea nos odiunt Donatistæ, q[ui] pen-
culū schismatis eis denunciamus, rogamus & peccati
vnitatē, vt catholicæ ecclesiæ sese subijciant: sed si
dire noluerint, liberamus animas nostras, Ezech.
Sic Gentes se putant solūm ecclesiam veram, & vere
credere Sic Iudei, & sic etiā hæretici suam sectam ef-
ferunt, & dicunt esse ecclesiam: sed cùm nullum ho-
rum sit vniuersale per totum orbem diffusum, sicut
ecclesia: ideo hæc sola habet testimonium veteris ec-
clesiæ, reliqua nō curantur: tamē sequitur nunc per-
secutio, spoliatio ecclesiarum, expulsio, &c. sed beati
qui persecutionem patiuntur, &c. Matt. 5.

*EXTRA VNITATEM CATHO-
LICAM ANSIT REMISSIO PECCATORUM.*

TITVLVS CXCVIII



Vlti carnales hoc tempore dicunt, sa-
ficit mihi ad salutē, quia doleo depec-
catis, & credo in Christum. Hæc mibi
imperant remissionem peccatorum.
Non curo esse intra aut extra Ecclesiæ

vnitatem, vnitatis enim hæc sita est à Papillis.

Primò, videatur de hac re Cyprianus adulterius No-
vianum sectariorum. Hoc enim propriū est sedis,
quoniam scripturam aut falsificant glossa, aut cor-
rumpunt, extrema scripturæ solū allegantes, sed me-
dia & circumstantias non attendunt: docent enim, fi-
deste saluat, sed non explicant, quid ad fidem perti-
neat, videlicet pœnitētia & charitas, quando sine pœ-
nitētia fides nihil est: ob id Christus iungit simul pœ-
nitentiam & fidem, Marc. 1. Pœnitentia & credite
Euangelio, & fides sine charitate nihil prodest, 1. Cor.
13. Gal. 5. omnia illa simul hoc verbum fides compre-
hendit, &c. Remissio ergo peccatorū non sit sine pœ-
nitentia & charitate, quæ generat vnitatem. Fides or-
go sola sine pœnitentia, non imperat remissionem,

acc

ne pœnitentia sine charitate, quæ mater est vnitatis,
apprehendit remissionem peccatorum. Igitur extra
unitatem non est remissio peccatorum.

Secundò, sine charitate omnis fides, pœnitentia,
opus bonum nihil prodest, 1. Cor. 13. Et qui non dili-
git fratrem, adhuc in morte est, 1. Ioan. 3. Quantūcunq;
ego sectarius se iactet credere aut pœnitere, nihil ta-
men prodest absq; charitate: non affequetur neq; vi-
tam æternam, neque remissionem peccatorum: opor-
ter primò deponere labē schismatis & odij, & recon-
ciliari fratri, Matth. 5. subindè offerre munus. Quo-
modò enim schismaticus rectè pœnitet, durate odio
schismatis in corde? Quomodo tibi Deus remittet
peccata tua, cùm tu non vis reconciliari confratri
noīnclis quid contigit seruo nequam, Matth 18? Et
quomodo orant quotidiè sibi dimitti peccata, Matt.
6. qui sic pergunt in odio schismatici? Ioānes (1. Ioan.
4.) dicit: Qui dicit se diligere Deum, & fratrem suum
odit, &cæt. Nisi ergo redieris ad vnitatem & charita-
tem, nihil proderit omne quod facis, et si es es ange-
lus aut sanctissimus Prophetarum & hominū, 1. Cor.
13. Si habuero omnem fidem &c.

Tertiò, quod obijciunt schismatici, vnitatem esse
confictam à Papistis, &cæ. blasphemia est in fidem, in
Deum patrem, in Deum filium, in Deum spiritum
sanctum, in omnes Prophetas, Apostolos, & docto-
res, in articulum fidei, Credo vnam Ecclesiam Catho-
licam, id est, communem congregationē Christiano-
rum. Ecce vnitas: In Deum patrē, Ioā. 1. 4. Deus cha-
ritas est: In Christum, Ioā. 13. In hoc cognoscēt om-
nes, quia discipuli mei estis, si dilectionē habueri-
tis &cæt. In spiritum sanctum, cuius primus fructus
post fidem, est charitas, quæ est mater vnitatis, Gal. 5.
In omnes Prophetas & Apostolos docentes charita-
tem, 1. Cor. 13. In omnia sacramenta, In vnum corpus
baptizamur, 1. Corinth. 12. Vnum corpus efficiimur in

G G g 5 Eucha-

Eucharistia, i. Corinth. 10. Vno verbo reconciliantur & absoluimur. Omnia cætera sacramenta ad unitatem promouent. Ideò Ephe. 4. inquit Apostolus: liciti seruare unitatem in vinculo spiritus: Vnde Deus, vna fides, &c. Non est ergo res fictitia & humana, sed à Deo præcepta & ordinata: Ideò extra illam nihil prodest ad salutem. Nihil à Deo accepatur, Gal. 5. Sectæ regnum Dei non consequentur, &c. Ergo nec habebunt remissionem peccatorum extra unitatem. Omnia sacramenta habent efficaciam propter unitatem. At qui illis uititur contraria, ritatem is nedum sine fructu accipit, sed etiam peccat, &cætera.

*QVID NOS EXCLUDAT
extra Ecclesiam Catholicam.*

TITVLVS CXCIX.



Otandum primò, quod extra Ecclesiæ non locant, nec hæreticum faciunt & schismaticum opera carnis, que recenset Apostolus Gal. 5. i. Corint. 6. Ephes. 5. Nam multi qui sunt intra Ecclesiæ & Catholici, carnales sunt, & carnaliter vivunt in superbia, luxuria, auaritia, vsura, &cæter. comediatone, ebrietate, & neq; illis proderit, quod sunt in Ecclesia, nisi pœnituerint. Nam qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt, i. Corint. 6. Roman. 8. Si secundum carnem &c.

Secundò, extra Ecclesiam duo nos excludunt, error vel falsa fides circa sacramenta atque opera, sub. indè pertinacia & contemptus contra Ecclesiam, id est, nolle audire & obedire Ecclesiæ de primo dicitur, Tit. 3. Hæreticum hominem deuita, quia subversus est, id est, perperā interpretatur scripturā & fideli doctrinā, & proprio iudicio condemnatus est, sicut